№ 1522.

JOSEPHUS JOACHIMUS
GOLDTMANN
DEI et Apostolicae Sedis Gratia
Episcopus Sandomiriensis
Ordinis S. Stanislai 1^mae Classis
Eques.

Nobis in Xto dilecto Adm Rndo Teophilo Jakubowski Ecclesiae Pchlis in Wsola Curato

Salutem in Domino!

Cum Perillris Adm Rdus Michaël Kobierski Cano. hon. Plocensis Praepositus in Radom antactus Vicedecanus Radomiensis post liberam resignationem, per Perillrem Adm Rdum Alexandrum Rozójski muneris Decani foranei, hoc munus suscepit. Nos itaque necessitati officii ejusdem Decanatus consulendo, Dtionem Vram Nobis bene commendatum, in Vice-decanum foraneum Radomiensem constituendum esse duximus, uti quidem hisce Litteris Nostris constituimus, eo cum praecommisso, ut absentem, aut aegre valentem, aut aliis officiosis negotiis occupatum, Decanum loci, quoties ab Eodem requisitus fuerit, suppleat. Quaslibet litteras currentales solita via ad Clerum promoveat, indilata executioni earundem invigilet, deinde ita muneri suo satisfacere satagat, quatenus bonam sui commendationem, uti et antecedaneus Ejusdem, ac proin ulteriorem promotionem in Hierarchia Ecclesiastica nancisci valeat. De eadem Electione Regimen Gubernii Radomiensis sub hodierno certius facimus, jam vero Venerabili Clero Decanatus Radomiensis praecommittimus, ut Ipsi Neoconstituto Vicedecano in officiosis negotiis debite obtemperet.

Datum Sandomiriae die 6/18 Novembris 1846.



Josephus Episcopus

Sabur Goth
Can. L. Cols